

XI.

K Ř I Š Ť A N Ů V

ŽIVOT SV. LUDMILY A SV. VÁCLAVA

Přeložil Josef Truhlář.

Domino et ter beato sancte ecclesie dei Pragensis secundo pontifici Adalberto humillimus et omnium monachorum nec dicendus infimus frater solo nomine ¹⁾ Christianus in Christo Jesu prosperis accessibus ad vota pollere. Passionem beati Wenceslai simul cum avia sua beate memorie Ludmila, qui velut noua sydera lumine virtutum suarum patriam suam Bohemiam cum omni simul gente irradiant, diversis compositionibus et non pleniter disertam reperiens, dignum duxi, ut vestram sanctitatem, qui ex eodem tramine lineam propaginis trahitis, adirem, quo ex iussione vestra simul et licencia aliquomodo eam corrigerem, uel si qua deessent, hos, qui adhuc superstites essent, senes seu religiosos quosque, qui eorum gesta uel acie oculorum hausissent, seu auditu aliorum narratione comperissent, percontarer, ²⁾ atque hic ³⁾ adderem. Quod etiam sollicitus fui agere non iactantiae cuiusdam causa: quippe cum omnibus modis imperitus sim sermone, et ab omni lepore uerborum extraneus: quamuis si hec cuncta in promptu forent, moles tamen peccaminum ad merita tantorum propalanda devitaret: sed quia ineptie nostre simul et pigritie maxime sunt, studiisque nostra studiis scholasticorum comparata studia esse desistant, non desperans de uenia ob enormitatem criminum, prout vires suffecerint, ⁴⁾ ex adiuvamine ipsorum sanctorum confidens, ut se res habeat, aggrediar exarare stilo.

Sed inprimis hoc dicendum, quod ⁵⁾ si talium, tamquam precipuorum sanctorum, atque ydoneorum testium Christi gleba in partibus Lutheringorum seu Carlingorum ceterarum uel christianarum gentium contineretur, insignium miraculorum virtutibus vernans, olim gesta hec aureis, ut ita dixerim, apicibus depinxissent responsiorum, cantilenarum cum an-

Pánu a třikrát blahoslavenému svatého kostela božího v Praze druhému biskupu Vojtěchovi nejnižnější a ze všech mnichů jedva nejmenší bratr, pouze jmenem křestan (Kristian), v Kristu Ježíši šťastné a hojné prospěchy podle přání. Shledávaje, kterak utrpení blahoslaveného Václava a báby jeho blahoslavené paměti Ludmily, kteří co nové hvězdy světlem cností svých ve vlasti České a po všem národě září, rozličně skládáno a neúplně vypravováno jest, měl jsem za hodno požádati svatost vaši, kterýž z téhož rodu pocházíte, za rozkaz a povolení zároveň, abych směl je popraviti, neb scházelo-li by něco, těch se na to vyptati, kteří z oněch dob u vysokém stáří posud žijí, aneb takových lidí nábožných, kteří skutky jejich buď sami viděli, neb z vypravování jiných znají, a tu doplniti. Vykonati jsem to hleděl nikoli za příčinou jakés chlouby, zvláště jelikož nezkušený jsem v řeči a neznalý každé lepotvornosti slov: kdyby ostatně vše to mi bylo na snadě, překážela by mně přec tíže hříchů při vypravování tak velikých zásluh. Než jakkoli převeliká jest nespůsobilost a nestatečnost má, a vzdělání mé srovnáno se vzděláním školským vzděláním býti přestává, přec neztrácejí pro nesmírnost vin svých naděje odpuštění a důvěřuje pomocí svatých těchto, pokud síly mé stačí, ať vypadne věc jakkoli, přistoupím k vypisování.

Však přede vším to sluší poznamenati, že kdyby ostateček takových a tak znamenitých svatých a hodných svědků Kristových v končinách Lotharingů neb Karolingů aneb jiných národů křestanských se nacházel a silou znamenitých zázraků se stkvěl, již dávno byli by skutky jejich vymalovali, abych tak řekl, zlatým štětcem responsorií, zpěvů

¹⁾ Univ. b. sanctus nomine. — ²⁾ Univ. b. percunctarer. — ³⁾ Kap. hec. — ⁴⁾ Univ. b. sufficerent. —

⁵⁾ Týž: quomodo.

tiphonis adiectis; sermonum exhortacionibus, decorassent et cum plurimorum menibus cenobiorum, quamvis ipsi horum similium sanctorum ¹⁾ martyrum, confessorum, virginum, reliquorumque sanctorum exultent possidere venerabilia pignora. At nos horum carentes cunctorum, hos, ut ita fatear, post deum solos habentes, quasi indigne tractamus, eorumque de die in diem indigni virtutes videntes, velut increduli manemus, eis seruire dissimulamus. Hactenus de nostra desidia dixisse sufficiat. Nunc vos deprecor, pontifex inclite et nepos carissime, ut qui me inmeritum hoc opus subire fecistis, precibus apud communem patronum junctis, ut qui vos meritis suis ad pontificale decus conscendere statuit, dum vobis in futuro aput Christum dominum coronam glorie pro ²⁾ reportato lucro de creditis ouibus adquisierit, nobis saltem veniam criminum impetrare dignetur. Vestra eciam illustri sapiencia, quod nostra fatuitas insipienter ebulliuit, obnixe petimus obliterari, atque doctrina vestra decorari: auctoritate eciam vestra hec eadem firmare dignemini, quo saltem per parochiam vestram scribatur legaturque. Hiis itaque breuiter prelibatis, ad gesta eadem propalanda accingamur, tam meritis beati martyris quam precibus vestris suffulti, ³⁾ auxiliante domino nostro et saluatore Ihesu Christo.

1. Moravia, regio Sclauorum antiquis temporibus, fama memorante, creditur et noscitur Christi fidem percepisse, Augustini magnifici doctoris, ut aiunt, temporibus: Bulgri ⁴⁾ uel Bulgarii attamen longe ante eadem potiti fore referuntur gracia. Siquidem Quirillus quidam nacione Grecus, tam latinis quam ipsis Grecorum apicibus instructus, postquam Bulgarii crediderant, aggressus est in nomine sancte trinitatis ac indiuidue vnitatis eciam supradicte genti, Morauie degenti, fidem domini nostri Ihesu Christi predicare; et cooperante diuina gracia, postquam illos Christo lucratus erat, etiam apices vel characteres novos comperit, et uetus nouumque testamentum, pluraque alia de greco seu latino sermone sclauonicam in lingwam transtulit. Missas preterea, ceterasque canonicas horas publica voce in ecclesia resonare statuit: quod et usque hodie in partibus Sclauorum a pluribus agitur, maxime in Bulgariis, multeque ex hoc anime Christo Domino acquiruntur. Cumque quodam tempore memoratus Quirillus Romam caussa deuocionis ⁵⁾ adisset, a summo pontifice et ⁶⁾ a reliquis sapientibus et rectoribus ecclesie redarguitur, ut quid contra statuta canonum ausus fuerit missarum sollempnia instituere canere sclauonica lingwa? Illo humiliter satisfaciente illis, nec omnino eos mitigare valente arrepto psalterio

s přidáním antífón, již dávno byli by je uctili výmluvnými kázáními a vystavením přemnohých klášterů; ačkoli tak šťastni jsou, že ctihodné zástavy těchto podobných svatých, mučeničků, vyznavačů, panen a jiných svatých sami mají. Než my postrádající toho všeho a majíce, abych tak vyznal, po Bohu pouze tyto, skoro nehodně k nim se chováme, a vidouce co den cnosti jejich jako nevěřící zůstáváme a sloužití jim nechceme. Tolik o naší nebdalosti. Nyní prosím vás, slovuť biskupe a nejdražší vnuku, jakož jste mne nehodně k práci této přiměl, byste modlitbami u společného nám orodovníka mne podporoval, aby ten, jenž zásluhami svými dal vám dojiti hodnosti biskupské, až vám někdy u Krista pána korunu slávy za hojný zisk svěřených ovcí opatří, mně aspoň odpuštění hříchů vyžádati ráčil. Také vznešenou moudrostí vaší, cokoli nerozum náš nejpneho by vypustil, snažně prosíme, aby bylo vymazáno a učeností vaší krásně nahrazeno; konečně mocí důstojnosti své račtež potvrditi, aby to po okrsku vašem opisováno a čítáno býti smělo. Tolik krátce předeslavše počněme vypravovati skutky samy, jak zásluhami blahoslaveného mučeničika tak modlitbami vašemi podporováni, s pomocí pána našeho a spasitele Ježíše Krista.

1. Morava, země Slovanská, za starých dob, jak pověst připomíná, jak věříme a víme, přijala víru Kristovu, za času prý vznešeného učitele Augustina; Bulharům ale mnohem dříve dostalo se prý tétěž milosti. Jistý totiž Cyrill, rozený Řek, tak latinskému jako řeckému písmu vyučený, když byli Bulhaři uvěřili, přišel jmenem svatě trojice a nerozdílného boha svrchu jmenovanému národu, který na Moravě bydlel, kázat víru pána našeho Ježíše Krista; i vynašel přispěním milosti boží, když je byl Kristu získal, také nová písmena a přeložil starý a nový zákon a mnohé jiné z řecké neb latinské řeči na jazyk slovanský. Mimo to ustanovil, aby mše a ostatní předepsané hodinky obecným jazykem v chrámě se odbývaly, což podnes v krajích Slovanských větším dílem se děje, nejvíce v Bulharsku, a mnohé duše takto získány bývají Kristu pánu. Když jednoho času zmíněný Cyrill zaslíbiv se do Říma přišel, kárán jest od papeže a ostatních mudrců a ředitelů církve, že proti církevním předpisům se opovážil ustanoviti, aby mše čítána byla jazykem slovanským. Čině jim pokorně dost a nemoha jich úplně uchlácholiti, uchoopil žaltář a četl uprostřed verš žalmisty, v němž se praví: „chval každý duch hospodina“. I narážej na tento verš, pravil: „má-li každý duch chvá-

¹⁾ V univ. r. schází slovo to. — ²⁾ V univ. schází. — ³⁾ Univ. effulti. — ⁴⁾ Kap. Bulgri. — ⁵⁾ Univ. a kap. oracionis. — ⁶⁾ Univ. uel.

versum psalmigraphi in medium recitavit, quo dicitur: omnis spiritus laudet dominum. Et ipse versui alludens: *[si, inquit, omnis spiritus laudet dominum, cur me, patres electi, prohibetis missarum celebritatem modulari selavonice? seu alia queque de latino vel greco verbo eorum vertere in sermonem? Si enim quavis modo subuenire populo illi ut ceteris nacionibus lingua latina vel greca, omnimodo id presumpsissem. Sed cernens populum dure cervicis fore et omnino ydiotas et ignaros viarum dei, solum hoc ingenium omnipotente deo cordi meo inspirante comperi, per quod eciam multos illi acquisivi. Quapropter ignoscite mihi, patres et domini: siquidem et b. Paulus apostolus doctor gentium in epistola ad Corinthios inquit: loqui linguis nolite prohibere. At illi hec audientes et admirantes tanti viri industriam et fidem auctoritate sua statuerunt et firmarunt supra dicto sermone partibus in illis missarum solempnia ceterasque canonicas horas ymnizari.*

Ipsa autem b. Quirillus inibi persistens, monachicumque ¹⁾ habitum suscipiens, diem clausit extremum, relinquens supra memoratis in partibus fratrem suum nomine Methodium, ²⁾ virum strenuum omnique decoratum sanctitate, qui et postquam multos Christi domini manipulos in horreo congregaverat, ab ipso principe, qui partibus in illis tunc dominabatur et imperabat uniuerse terre ceu magnificus imperator, statuitur summus pontifex, habens sub se septem eiusdem sanctitatis pontifices. Sed quia ab ipso mundi exordio, vetiti postquam sumpsit amaritudinem protoplastus pomi, seminarium discordie inter humilitatem et superbiam, inter dilectionem et odium, et reliqua virtutum odoramenta viciorumque fetorem humani generis inimicus usque ad presens fundere non desistit, ac dolens populum suis semper serviciis mancipatum sibi subtrahi, veroque regi Christo domino acquiri, totis nequiciarum armis indutus novos satellites et gnaros ad tantam perfidiam bellandi adit, discordiarum venenata semina inter ipsos primarios rectoresque iactitat, superbie ac auaricie tela parat in tantum, ut Svatopluc, qui erat nepos principis uel regis religiosi, quique institutor et rector totius christianitatis seu religionis benignus extiterat, ipsum auunculum suum insidiis appetitum regno pelleret, visu privaret, vitamque eius veneno conaretur auferre. Sed hausto ille pestifero potu, protegente se diuina gracia, nil aduersi patitur. Dehinc Svatopluc tyrannide suscepta, fastu arrogancie inflammatus cum sibi militantibus sodalibus pontificis Methodii predicacionem mellifluam quasi respuit monitaque sacratissima non pleniter recepit: verum membra sua, scilicet plebem populumque suum partim Christo, partim dyabolo seruire exhibuit. Quapropter a pontifice beate memorie supra

liti hospodina, proč bráníte mi, vyvolení otcové, čistí mši po slovansku? proč jiné věci z latiny neb řečtiny převáděti na jejich jazyk? Kdybych byl nějak mohl dostati se k národu onomu, jako k druhým národům, jazykem latinským neb řeckým, nikterak nebyl bych se toho odvážil. Než vida lid tvrdošijný, který jen své zvláštnosti miloval, ale cest božích neznal, jen tohoto prostředku vnuknutím všemohoucího boha jsem našel k získání jemu mnohých, což se také stalo. Pročež odpusťte mi, otcové a páni; praví svatý Pavel, apoštol a učitel národů, v listu ku Korintským: „jazyky mluví jim nebraňte.“ Oni pak slyšíce to a obdivující se píli a věrností tak velkého muže mocí důstojenství svého ustanovili a potvrdili, aby jazykem svrchu jmenovaným v končinách oněch mše a ostatní předeepsané hodinky zpívány byly.

Sám pak svatý Cyrill zůstav tam a přijav na se roucho mnišské život skončil, v končinách ale svrchu jmenovaných zanechal bratra svého jmenem Methoda, muže horlivého a vši svatosti ozdobeného. Týž shromáždil mnohé sluhy do ovčince Krista pána od knížete, který v končinách oněch tenkrát panoval a vši zemi vládl jako vznešený císař, dosazen byl za arcibiskupa maje pod sebou sedm biskupů též svatosti. Než poněvadž od počátku světa, když byl první člověk trpkostí zapovězeného jablka okusil, sítě rozbroje, mezi pokoru i pýchu, mezi lásku i nenávisť, mezi ostatní vonné cnosti i zárodek neřestí, lidského pokolení nepřítel až podnes rozšívati nepřestává, žele toho, že lid otroctví jeho vždy podrobený od něho se uchyluje a pravému králi, Kristu pánu, poddává, všemi zbraněmi nešlechtnosti ozbrojen k novým žoldněřům a spůsobilým k tak padoušskému válčení se obrátil; i nasil jedovaté sítě různic mezi první muže a vládaře a přistrojil střely pýchy a lakoty tak, že Svatopluk, vnuk nábožného knížete či krále, jenž byl křesťanství zavedl a dobrotivě řídil, vlastního ujee svého úkladně vlády zbavil, oslepil a otrávití chtěl. Než jemu, ačkoli smrtonosný nápoj vypil, ochranou milosti boží nic zlého se nestalo. Ujavší se potom vlády Svatopluk hrdopýchou pobádán se služebními sobě soudruhy sladkotokého kázání arcibiskupa Methoda si nevšímal a nejdůtklivější napomínání jeho nechtěl přijímati, nýbrž nechával údy své, totiž lid, dílem Kristu, dílem ďáblu sloužiti. Pročež od biskupa blahoslavené paměti svrchu jmenovaného krajina jeho a země se všemi obyvateli do klatby dána, s polmi a plodinami rozmanitou pohromou stihána až podnes smutný poskytuje pohled. Dánať jest v plen, zajetí, lup, poušť a v posměch všem

¹⁾ Kap. monachalemque. — ²⁾ Univ. Metudium.

notato pagus eius et rus ¹⁾ cum habitantibus incolis anathemate percussa cum sulcis suis et fructibus diuersis cladibus attrita usque in hodiernum diem deflentur. Data est enim in direpcionem et captiuitatem et predam et derisum et desolacionem et insibilum vniuerse carni gradienti per eam: quoniam non est societas lucis ad tenebras ²⁾ nec coniunctio Christi cum Belial. Quorum exempla nos quoque videntur respicere, qui eisdem passibus conamur incidere: quoniam qui domum vicini sui conspiciat concremari, suspectus debet esse de sua.

2. At vero Sclavi Bohemie ipso sub Arcturo positi, cultibus ydololatrie dediti, velut equus infrenis sine lege, sine ullo principe vel rectore vel vrbe, uti bruta animalia sparsim vagantes, terram solam incolebant. Tandem pestilencie cladibus attriti, quandam pythouissam, ut fama fertur, adeunt, postulantes ab ea spiritum consilii, responsunquē diuinationis. Quo accepto ciuitatem statuunt, nomenque inponunt Pragam. Posthinc inuento quodam sagacissimo atque prudentissimo viro, cui tantum agriculture officium erat, responsione pythouisse principem seu gubernatorem sibi statuunt, vocitatum cognomine Przemysl, iuncta ei in matrimonio supramemorata pythouissa virgine. Sicque a clade et multiplici peste tandem erati, dehinc a supra memorato principe ex sobole eius rectores seu duces preposuere sibi, seruientes demoniorum simulacris et profanis sacrificiorum ritibus bacchantes, donec ad extremum dominatus eiusdem regni peruenit ad vnum ex eisdem principibus ortum, vocitatum Borzywoy. Hic cum excellentissime forme et egregie iuuentutis flore nitesceret, quodam tempore negocii sui populique sibi commissi causa ducem summum vel regem Svatopluc Morauie adiit, a quo benigne suscipitur et ad conuiuium pariter cum reliquis asciscitur. Verum sessionis ei locus inter christicolos minime conceditur, sed ritu paganorum ante mensam pauimento iubetur insidere. Cuius presul Metudius iniurie condolens fertur dixisse ad eum: ve, inquit, quod tu talis tantusque haud erubescis a principalibus repelli sedibus, cum et ipse in fascibus ducatum obtineas, sed magis cupias ob nefandam ydolorum culturam cum subulcis humotenus incubare? At ille: quid, inquit, ob huiusmodi rem periculi pacior? uel quid boni mihi confert christianitatis ritus? Si, inquit presul Metudius, abrenunciaueris idolis et inhabitantibus in eis demonibus, dominus dominorum tuorum efficiaris, cunctique hostes tui subilientur dicioni tue et progenies tua augmentabitur velut fluius maximus, in quo diuersorum conflunt fluentia riuulorum. Et, si, inquit Borzywoy, res ita se habet, que mora est baptizandi? Nulla, inquit pontifex: tantum paratus esto ex integro corde credere in deum patrem omnipotentem, eiusque vnigenitum dominum nostrum Jesum

lidem, kteří kráčeji po ní, poněvadž není spolku mezi světlem a tmou, ani mezi Kristem a Belialem. Příklad tento zdá se dotýkati také nás, kteří po těchže cestách počínáme kráčet; neboť kdo dům souseda svého spatří hořet, má býti pečliv o svůj.

2. Slované pak v Čechách, bydlíce na severu, modloslužebnosti byli oddáni, a jako bezuzdý kůň bez zákona, bez knížete neb vladaře, bez města žijíce a jako nerozumná zvířata semotamo se potulující jen po venkově obývali. Konečně morem a pohromami hubeni k jisté věstkyni, jak pověst vypravuje, se obrátili, žádající ji za radu a odpověď proročkou. Obdrževše ji založili město a pojmenovali je Prahu. Našedše potom chytrého a opatrného muže, jenž pouze vzděláváním polí se zabýval, po výroku věstkyně knížetem čili vládařem učinili, jmenem Přemysla, dávouce mu za manželku svrchu zmíněnou věstkyni a pannu. Takto konečně pohrom a všelikerých nemocí zbaveni jsou. Od té doby z potomstva svrchu jmenovaného knížete vládaře čili vojvody si vybírali, sloužíce modlám a přinašující jim po obřadu pohanském oběti, až konečně našejíce jim se dostala jednomu z těchže knížat polská říše se dostala jednomu z těchže knížat polské, jmenem Bořivoji. Týž skvěje se krásou těla a kvetoucím mládím jednou za jistou záležitostí svou a lidu sobě svěřeného k svému vojvodovi čili králi Svatoplukovi na Moravu se odebral; i přijat jest laskavě od něho a zároveň s ostatními pozván k hostině. Ale nedáno mu místa k sezení mezi křesťany, nýbrž po zvyku pohanů vykázáno mu sedět před stolem na podlaze. Této potupy jeho zželelo se biskupu Methodovi, i řekl prý jemu: „Aj muži takový a tak velký, nestydíš se, žeš odstřčen ze sedadel knížecích požívaje také důstojenství vévodského, než spíše volíš pro ohavnou modloslužbu ležeti na zemi s pasáky?“ Ale on odpověděl: „v jaké nebezpečí se pro takovouto věc vydám? Aneb co dobrého přinese mi obřad křesťanský?“ „Odřekneš-li se,“ řekl Method, „modlám a zlých duchů v nich obývajících, staneš se pánem pánů a všichni nepřátelé tvoji podrobeni budou moci tvé, potomstvo tvé rozmnoženo bude jako převeliká řeka, do níž vody rozličných potoků vtekají.“ I řekl Bořivoj: „má-li se věc takto, jak dlouho třeba odkládati křtu?“ „Není třeba prodávati,“ odpověděl biskup, „pouze hotov buď z čistého srdce věřiti v hoha otce všemohoucího, v jednorozeného syna jeho pána našeho Ježíše Krista, a v ducha svatého osvěcovatele všech věřících: než

¹⁾ Univ. supranominato humus eius cum habitantibus. — ²⁾ Univ. luci.

Christum et in spiritum paraclitum, illuminatorem omnium fidelium: non tantum mundialis caussa substance, verum etiam capessende salutis tue anime et acquirende perennitatis glorie, simul etiam percipiende societatis sanctorum et ineffabilis leticie eorum. Hiis et huiusmodi mellifluis exhortacionibus accensa mens iuuenis estuabat gratiam baptizmi percipere, et ut nulla mora fieret, cum suis omnibus, qui eum comitabantur, terretenus pedibus pontificis aduoluti obnixius postulauere. Quid plura? Mane facto ipsum ducem cum suis triginta, qui secum aduenerant, catechizans,¹⁾ peractis ex more ieiuniorum solempniis, sacrosancto baptizmati fonte innotuit, pleniterque eum de fide Christi instruens, multis locupletatum donis ad propria redire concessit, tribuens ei venerabilis vite sacerdotem nomine Caich. Qui reversi in sua in castello, cui inerat vocabulum Hradicz²⁾, supradictum sacerdotem statuunt, fundantes ecclesiam in honorem b. Clementis pape et martyris, multa detrimenta sathane ingerentes, populum multum³⁾ Christo domino acquirentes.

Que cernens perfidus ille chelydrus propriis armis sumptis antiqua bella repetit, populum cunctum Boemorum in furorem principis accendit, eo quod paternos mores relinqueret et novam atque inauditam sanctitatis legem christianorum arriperet. Surgunt aduersus eum vno animo eademque sententia, suisque eum a finibus perturbare conantur, seu etiam vitam ipsam auferre moliantur. Quo agnito princeps sese ab eis remouit, rursusque regem Svatopluc seu pontificem Metodium Morsuie repetiuit, a quibus charissime et ut decebat, suscipitur: aliquantulumque apud eos degens, perfectius doctrinam Christi nanciscitur. At vero plebs prefata⁴⁾ in nequicia sua permanens, quemdam ducem Stroymir, nomen cuius in latinum vertitur sermonem: rege pacem, qui apud Teutonicos perfingus exulabat gente ex sua, missis legatis ad propria eum reducant, sibi que principem statuunt. Verum quoniam veritas minime fallit, que ait in euangelio: omnis plantacio, quam non plantauit pater meus celestis, eradicabitur, dissipatum est consilium prauorum velociter. Nam isdem eorum electus dux, licet ex eisdem genitus foret, diuturna tamen exulacio eum proprii priuauerat labii eloquio. Quapropter a suis electoribus reuocatur, se ipsos primum accusantibus, quod talem sibi elegissent, cuius neque sermonem nossent haurire, quodque clamores aures eius, ignaras lingue sue, penetrare non valerent. Et quoniam dei prouidencia disponente supra memoratus princeps Borziwoy plurimos amicorum inibi secedens reliquerat, agitur eorum consilio, ut animus furenciam plebium erga benignum rectorem mitigaretur, atque aduersus inuasorem perfidum toto animu instigaretur ad necem. Verum quoniam pars quam maxima perfidorum tyranno fauebat, incunt

nejen za účelem světské výhody, nýbrž i za účelem spasení své duše a získání věčné slávy, zároveň také abys účasten se stal spolku svatých a nevýslovně jejich radosti.“ Tímto a takovým přívětivým napomináním rozpálena jest duše mladého muže, i vřel touhou po milosti křtu. A aby se neprodlévalo, se všemi svými průvodci objav nohy biskupovy snažněji žádal. Zkrátka druhého dne ráno vojvodu s třiceti jinými, kteří přišli s ním, o člancích víry poučil, a když byli podle zvyku púst vykonali, pokřtil. Vyučiv ho potom víře úplněji, mnohými dary obdařeného domů propustil i přidal jemu kněze ctihodného jmenem Kaicha. Navrátivše se domů usadili svrchu jmenovaného kněze v místě opevněném, jemuž jméno bylo Hradec, a založili tam chrám k počtě sv. Klementa papeže a mučedníka, činíce mnohé škody satanovi a získávajíce mnoho lidu Kristu pánu.

To vida zrádný onen ďábel vlastních zbraní se uchopil a staré války počal; i popudil všecken národ Český k sběsilosti proti knížeti, protože prý oteckých mravů zanechal a nového a neslýchaného zákona křestanství se přidržel. Povstali jednomyšlně proti němu, a hleděli jej vyhnati ze země, ba i životu jeho úklady strojili. To seznav kníže sám od nich se odebral a opět ku králi Svatoplukovi, či k biskupu Methodovi na Moravu se uchýlil, od nichž nejlaskavěji, a jak se slušelo, přijat jest; i meškaje u nich po nějaký čas důkladněji se vyučil nauce Kristově. Ale zmíněný lid setrvaje v nešlechtnosti své jakéhož vojvodu Stroymira, jenž u Němců ve vyhnanství se zdržoval, skrze posly domů uvedl zpět a dosadil sobě za knížete. Než poněvadž pravda nikterak neklame, jak praví euangelium: „každá bylina, kterou nesázal otec můj nebeský, s kořenem bude vypleta,“ rozmetán jest rychle úmysl zlých. Neboť ačkoli týž jejich vyvolený vojvoda z téhož národa byl posel, přec dlouhé jeho vyhnanství vlastní jeho řeči jej zbavilo. Pročez od voličů svých jest zavržen, kteří sami na sebe žalovali, že takového si vyvolili, jehož řeči ani nerozumějí a který nerozumí jim. A jelikož prozřetelností boží svrchu zmíněný kníže Bořivoj vycházeje ze země přemnohé přátele byl zanechal, spůsobeno jest od nich, že smýšlení sběsilého lidu o dobrotivém vladaři se uchlácholilo, proti nevěrnému útoci celou silou až k vraždě roznítilo. Než poněvadž převeliký počet nevěrných novému vladaři přál, usnesly se obě strany, že vyšedše z hlavního města Prahy na poli se poradí o dalším počínání. Ale ošemetná strana nevěřících v nešlechtnosti své přinášeje s sebou tajně zbraň a brnění na pole proti

¹⁾ Univ. catechizans. — ²⁾ Míni se tu Lewý Hradec u Roztok. — ³⁾ Univ. schází. — ⁴⁾ Týž perfecta.

consilium partibus ex utrisque, quo civitatem, metropolim Pragam scilicet egredientes, in campo, quid sibi gerendum foret, perquirerent. Sed perfida pars perfidorum perpere agens, arma secum loricasque occulte in eundem campum deferens, piorum adversus partem signum occultum necis inter se condixit: scilicet, ut si ibi, qui ex parte principis Borziwoy erant, eis assentiri nolent, quilibet eorum excelsa voce occultum in medio proclamaret signum, inquit: variemus, variemus nos: sicque jam loriceis et galeis, quas abscondite tulerant, induti, universos sibi contradictores frameis necarent. Quod consilium eorum pessimum minime partem Borziwoy latuit. Itaque et ipsi loriceis sub tunicis induti procedunt in campum pro definiendo statu principis. Cumque parti Stroymir non placuisset consultus partis Borziwoy, vnus eorum vocem in altum eleuans proclamat: Eia nostri variemus nos. Qua voce hausta et cognita, pars Borziwoy, que et loricata sub tunicis aduenerat, bene, inquit, bene dixisti: ecce nunc diuersis coloribus apparebis variatus: sicque ferro obtruncato illo, cunctos eius socios fugam inire coegerunt, eorumque falsum principem ex patria pepulerunt. Morauiam dehinc properantes, pristinum duces reducentes, loco proprio restituunt. Quoniam isdem princeps Morauie degens omnipotenti deo votum vouerat, videlicet, quo si eum dominus ad propria cum honore reduceret, basilicam in honorem beate dei genitricis et perpetue virginis Marie edificaret, reuersus sine mora votum suum implere studuit in ipsa ciuitate Pragensi. Hic primus fundator locorum sanctorum congregatorque clericorum et tantille, que tunc fuit, religionis institutor extat.

3. Habuit etiam uxorem nomine Ludmilam, filiam Slauiboris comitis ex prouincia Sclavorum, que Pšov antiquitus nuncupabatur, nunc a modernis ex ciuitate nouiter constructa Myelnik vocitatur. Que sicut par ei fuerat in errore gentilitatis immolando simulacris, ita et in religione christiana imitando, immo precellendo virtutes sui viri, facta est vere Christi famula. Suscepit autem ex ea sepe memoratus princeps tres filios, totidemque filias, et ut ei b. Methodius propheticis ore predixerat, cottidianis incrementis cum omni gente sua regnoque augmentabatur, peractoque temporis sui cursu plenus dierum bonitateque diem clausit ultimum tricesimum quintum vite sue complens annum.¹⁾ Suscepitque pro eo regnum eius primogenitus filius ipsius Zpítigneu, cunctis virtutibus bonitatis famaue sanctitatis admodum fulgens. Imitator siquidem factus patris, fundator extitit ecclesiarum dei, congregator sacerdotum clericorumque, perfectusque in fide Christi peractis vite sue annis XL luce ex hac migravit, astra petens. Cuius post transitum frater eius Wratizlau regni suscepisse dignoscitur gubernacula, du-

straně pobožných tajné znamení vraždy mezi sebou umluvila; totiž kdyby přívrženci knížete Bořivoje s nimi souhlasiti nechtěli, aby každý z nich vyřkna nahlas tajné heslo: „proměňme se“ brnění a přilbu, jež měl v úkrytě, oblekl a potom aby všechny protivníky své oštěpy pobili. Tento ohavný úmysl jejich nezůstal tajným strany Bořivojovy. Pročež i oni vycházejíce na pole k ustanovení knížete oblekli brnění pod šat. Když pak straně Strojmirově nelíbilo se usnešení strany Bořivojovy, vykřikl jeden z nich: „aj našinci, proměňme se!“ Uslyševše to přívrženci Bořivojovi, kteří pod šatem obrnění byli přišli, „dobře,“ zkríkli: „dobře“ s řekl; nyní změněn v rozličných barvách se octneš;“ a probodnuvše jej všecky jeho soudruhy přiměli k útěku, nepravého pak knížete vyhnali z vlasti. Pospíšivše na Moravu dřívějšího vojvodu uvedli nazpět a dosadili na stolec jeho. Jelikož ale též kníže za pobytu svého na Moravě všemohoucímu bohu zaslíbil, uvede-li jej pán se ctí domů nazpět, že vystaví chrám k počtě blahoslavené boží rodičky a neporušené panny Marie, navrátil se bez meškání slibu svému dostátí hleděl v samém městě Pražském. Tento jest první zakladatel míst svatých, shromažďovatel kněží a závodčí náboženství, tenkrát jen malinko rozšířeného.

3. Manželku měl jmenem Ludmilu, dceru Slauibora, lecha z kraje slovanského, který od starodávna Pšov se jmenoval, nyní od novějších podle města nedávno vystaveného Mělník se nazývá. Tato jako rovna mu byla v bludu pohanském, obětující modlám, tak v náboženství křesťanském jej následovala; ba převyšující cnostmi muže svého pravou služkou Kristovou se stala. I porodila jmenovanému knížeti tři syny a tolikéž dcer; a jakož pak jemu sv. Method prorockým hlasem byl předpověděl, co den prospíval se vším lidem svým a šířila se říše jeho; dokončiv pak běh života svého zemřel v třicátém pátém roce věku svého. I dostal se po něm k vládě prvorozený syn jeho Spítihněv, veškerými cnostmi dobroty a pověstí svatosti převelice skvělý. Následuje totiž otce svého zakládal chrámy boží, shromažďoval kněze a osoby duchovní a dokonalý byl ve víře Kristově; dosáhnuv pak 40 roku života ze světa vyšel putuje k hvězdám. Po smrti jeho bratr Wratizlav vlády se ujal, pojav manželku jmenem Drahomíru z kraje Slovanů pohanských, kteří se nazývají Stodorané. Ta byla druhá Jezabel, která

¹⁾ Univ. triginta quinque vite sue compl. annum.

cens uxorem nomine Dragomir, ex provincia Sclanorum ¹⁾ paganorum, que Ztodor dicitur, Jezabeli illi assimilandam, que prophetas malicia sua trucidavit, seu Eve protoplasti uxori, que Cain et Abelem enixa est. Siquidem Dragomir peperit ex ipso principe natos binos, vnum vocitatum Wenceslaum, alterum vero Boleslaum. Sed hec locum suum prestolantur.

Igitur religiosa matrona Ludmila viduata viro, orbata iam filio vno maiore, in domo propria consistens, memor pristine ignorancie errorisque, cottidie cum lacrimis preterita deflebat crimina, et sicut antea exhibuerat membra sua seruire immundicie et iniquitati ad iniquitatem, ita demum exhibebat eadem seruire iusticie in sanctificationem, dicens illud apostoli: quem fructum habui tunc in illis, in quibus nunc erubescio? Testantur hoc inopie pauperum frequenter subleuate ab ea, quorum indigenciis ut mater obsequabatur, esurientes alens, sicientes refocillans, peregrinos et egenos vestimentis tegens. Testantur etiam clerici, quos deuota mente ceu natos proprios procurabat. Cunctis etiam hiis silentibus testantur case Christi, quas diuersis ditauit opibus auri, argentique, non ut quibusdam moris est, ex rapinis vel substantia egenorum, sed de sibi collata a deo substantia. Pia atque mansueta in cunctis omnibusque beneuolencie fructibus repleta. In eleemosynis larga, in vigiliis pernox, in oracione deuota, in charitate perfecta, in humilitate profusa, in obsequiis seruorum dei succincta tantum, ut quibus diurne lucis solacium minime adimplere valeret, noctis in latibulo domesticorum per manus solacia allegare desudaret, evangelicum implens illud, quo iubetur agapen agere sinistra nostra ignorante, quod faciat dextera. Verum cuncta uirtutum eius insignia stylo si conemur depingere, lux diurna nobis ante deficiet quam pagina. Et quidem ianua domus eius nocte dieque omni transeunti patuit, ita ut cum b. Iob proclamare ualeret: ostium meum uisitori patuit, oculus fui ceco et pes claudis, mater orphanorum, consolatrix viduarum, vincitorum seu carceratorum indefessa uisitatricis, et in cunctis operibus perfecta bonis.

Igitur, uti prelibauimus, cum prefatus dux Wratislaus in regno fratris sui defuncti succederet, firmato regno basilicam in honorem b. Georgii martyris statuit, sed morte preuentus eius consecracionem diu desideratam minime perspexit: filium uero suum etatis preeuntis Wenceslaum estuantis animi in lege diuina literis imbuendum tradiderat in ciuitatem, que Budec ²⁾ vocabatur, ubi ab antecedente fratre suo Spitigneo in honore principis apostolorum b. Petri consecrata inerat et inest ecclesia. Cumque sagax ingenio cuncta, que a pedagogo sibi tradita forent, spiritu sancto inspirante alte memorie traderet, genitore interim ex hac uita migrante anno-

v nešlechtnosti své proroky povraždila, čili druhá Eva, manželka prvního člověka, jež porodila Kaina a Abela. Porodilať knížeti dva syny, jednoho jmenem Václava, druhého Boleslava. Než o tom na svém místě.

Nábožná paní Ludmila, ztrativši napřed muže potom i staršího syna, v domě vlastním zůstávala, a pamětlivá jsouc prvější nevědomosti své a bludu svého každého dne oplakávala minulé nepravosti; a jako před tím údům svým dávala sloužiti nečistotě a nepravosti, tak nyní měla je k službě spravedlnosti a svatosti, říkajíc s apoštolem: „jaké ovoce měla jsem tenkrát z toho, čímž nyní se rdím?“ O tom svědčí časté podporování chudých, o jejich potřeby jako matka se starala, krmíc hladové, napájíc žíznivé, odívajíc cizí a nahé; o tom svědčí dále kněží, o něž zbožnou myslí jako o vlastní syny se starala; a kdyby všechna tato svědectví mlčela, svědčí o tom příbytky Kristovy, jež rozličnými dary zlatými a stříbrnými obohatila, nikoli jak někteří dělávají, z lupu a majetku chudých, nýbrž z majetku od boha sobě svěřeného. Byla pobožná a tichá ve všem a všeho ovoce dobroty plná. V almužnách štědrá, v bdění neunavná, v modlení nábožná, v lásce dokonalá, v pokoře ponížená, v obsluhování sluhů božích tak ochotná, že kterým za dne útěchy poskytovatí nestačila, v úkrytě nočním po sluhách svých útěchu opět a opět posílala, vyplňujíc slova evangelia poroučející dobročinnost, tak aby nevěděla levice, co dělá pravice. Než kdybychom chtěli všechny její znamenité cnosti vypisovati, nedostávalo by se nám spíše světla denního než blány. Vrata domu jejího ve dne v noci každému okolo jdoucímu byla otevřena, tak že s blahoslaveným Jobem zvolati mohla: „vrata má otevřena byla počestnému;“ „okem jsem byl slepému a nohou chromému.“ Matka sirotků, těšitelka vdov, uvězněných neunavná navštěvovatelka, a ve všech dobrých skutcích dokonalá.

Když tedy jmenovaný vojvoda Wratislav, jak jsme napověděli, po smrti bratrové vládu nastoupil, upevniv vládařství své, chrám k počtě svatého Jiří mučeníka založil, než předstížen byv smrtí tak dlouho kýženého vysvěcení jeho nikterak se nedočkal. Syna pak svého staršího Václava, hochu járého ducha, na učení zákonu božím a umění literárnímu dal do města nazvaného Budeč, kde od předchůdce svého, bratra Spitigněva, k počtě knížete apoštolského sv. Petra chrám založen byl a jest. Tento vtipného jsa ducha vše, co od učitele svého uslyšel, vnuknutím ducha svatého paměti své hluboko vštěpoval; když pak otec jeho zatím dosáhnuv as 33 roku věku

¹⁾ Kap. hominum. — ²⁾ Kap. Budess.

rum ferme XXXIII reuocatur metropolitanam in urbem Pragam, sedemque in paternam ab omni plebe sublimatur. Sed quoniam puericie uel adolescentie necdum perfecte florem mundauerat, inicio cuncti satrape prudenti consilio beate Ludmile, famule Christi, ducem ipsum rudem cum fratre suo Boleslao educandos commiserunt, donec illis robur etatis fauente deo accresceret. Quo viso mater supradictorum puerorum, que viduata viro, solio eiusdem vtebatur, dyabolo instigante totum venenosi pectoris animum in famulam dei Ludmilam accendit, malisque suspicionibus aretatur, estimans ob educationem iuuenum, quos socru sui cunctus comiserat populus educandos, se regno rebusque priuari, illamque sibi dominatum nanciscituram vniuersum: initoque peruersissimo cum filiis Belial consilio, toto annisu eam extinguere molitur. Venerabilis autem et deuota Christi famula Ludmila hoc cognito humilitatis atque paciencie arripens arma contra arrogancie stimulum, per internuncios mandare studuit nurui inquiens: non aliqua regni tui porcio male blandientis cupiditatis ardore animum invasit meum, neque tui dominacionem cupio ullam habere. Recipe filios tuos, et ut animo libet, regna cum illis: mihi met vero libertatem concede seruendi omnipotenti Christo, quocumque tibi locorum placet. Verum ut asolet fieri semper, ut in quantum se humilitas pro deo incuruauerit, in tantum se arrogancie fastus dyabolo impugante erigat, mitissimam atque benignissimam precem sancte Ludmile ductrix, nurus videlicet sua, non solum suscipere, verum insuper audire contempsit. Quod cernens Christi famula, memorans illud apostolicum: nolite resistere malo, sed date locum ire, et illud ewangelicum: si persecuti vos fuerint in ciuitate ista, fugite in aliam, a ciuitate metropolitana se cum suis auferens castellum quoddam haud longe, cui vocabulum inest Tetin, adiit: tanto magis se virtutum gemmis ornans, quanto cercior erat, mox se persecutore persequente martyrii palmam promereri: oracioni deuotissime insistens, vigiliis et ieiuniis insudans, elemosinis largam cunctis manum prebens. Beatus vero Wenceslaus, tenere licet adhuc etatis esset, cum matre degens, eciam spiritu prophecie in illis tunc diebus clauit, cunctaque, que ventura erant, Christo domino sibi reuelante cognouit aperta visione. Noctis conficinio forte cuiusdam presbyteri Pauli, qui sepe memorate b. Ludmile lateri deuotus inherens deuotissime obsecundabatur, atrium, quod amenis et vastis edium muniabatur ambitibus, sub sancti deoque pleni Wenceslai clarissimo obtutu, omni menium cultu desertum, et humane possessionis habitacione omnino comparuit alienum. Quod, videlicet ipse pulsa somni carnalis grauitate, cordis speculatione peruigili excitatus quibusdam, que visa sunt, prudenti sermone innotescens, subindeque quid verius futurum edita jam prenunciasset ostensio, prophetante ore edisserens, con-

svého ze života tohoto vykročil, povolán jest do hlavního města Prahy nazpět a povýšen ode všeho lidu na stolec otcovský. Než poněvadž chlapeckému neb jinošskému věku ještě úplně neodrostl, usnesli se všichni župané, že svěří blahoslavené Ludmile, služebnici Kristově, nezkušeného vojvodu s bratrem jeho Boleslavem k vychování, pokud by s pomocí boží věkem nedospěli. Vidouc to matka svrchu jmenovaných hochů, která co vdova na stolec manžela svého dosedla, vnuknutím ďábelským vším hněvem jedovaté duše své proti služebnici boží Ludmile vzplanula a ohavným podezřením se soužila, domnívajíce se, že, poněvadž všecken lid hochy tchýni na vychování svěřil, oloupena bude o vládu a moc, a ona pak že veškeré panování získá; i berouc nejohavnější radu se syny Belialovými všemožnou jala se strojiti jí zkázu. Ctihodná ale a nábožná služebnice Kristova Ludmila dověděvši se toho chopila se zbraní pokory a trpělivosti proti hrđopýše; i vzkázala po poslech snaše své rkouc: „po žádné části vlády tvé hřšně jsem nezatoužila, ani žádného panování nad tebou si nežádám. Vezmi syny své nazpět, a jak ti libo, vládni s nimi. Mně pak dovol sloužiti všemohoucímu Kristu, na kterém místě chceš.“ Než jako vždy se stává, že oč se pro boha pokora poníží, o tolik poštváním ďábelským pýcha se vypne, vojvodkyně laskavé a přívětivé prosbě svaté Ludmily nejen nechtěla vyhověti, než ani jí vyslechnouti nechtěla. To vidouc služebnice Kristova a pamatujíc na slova apoštola: „neodporujte zlému, nýbrž vyhlýbejte se hněvu“ a na slova ewangelia: „budou-li vás pronásledovati v městě jednom, utecte do druhého“ z hlavního města se svou družinou na jistý hrad jmenem Tetin se odebrala. I zdobila se drahým kamením eností tím více, čím jistěji věděla, že stíhati jí budou pronásledovnici a že brzy dojde palmy mučnické, setrvajíc v nábožných modlitbách, bdějíc a postíc se bez ustání, rozdávajíc štědrrou rukou almužny všem.

Svatý pak Václav, ačkoli byl ještě v útlém věku, přebýváje s matkou také duchem prorockým za oné doby se proslavil; i poznal vše, co přijiti mělo, zjevením Krista pána ve zřejmém vidění. Jednou za ticha nočního jistého kněze Pavla, jehož přátelské přílnutí k často zpomenuuté sv. Ludmile nejzbožněji bylo opětováno, dvár pěkným a pevným cimbuřím obehnaný, když svatý a boha plný Václav naň se díval, všech krásných zdí zbaven a příbytku lidskému zcela nepodoben se objevil. Vidění toto, když byl totiž sám tíži spánku tělesného se sebe střásl a jsa bdělý v rozjímání duševním se probudil, některým rozumně vypravuje, a co by zjev tento pravdivého předpovídal, ústy prorockými vykládaje takto svolané oslovil: „když jsem ležel na lůžku, draží přátelé a vy důvěrní sluhové, za ticha nočního, významného a velebného se mi dostalo vidění. Užřel jsem totiž obydlí kněze Pavla všech vyso-

uocatos huiusmodi dictis alloquitur: thoro me accubantem, dulces amici, vosque o familiares clientuli, noctis silencio grauis et alta sustulit visio: quomodo Pauli presbyteri porticum tota edificiorum sublimitate ac hominum cultu videbam penitus desolatam. Quo viso mestus deficior, ac interna pro dei fidelibus sollicitudinis molestia consternor, sed tamen immensa omnium cognitoris pietate in spem, qua credentibus cuncta posse promissum est, transferor, huius somnii veritatem imminente iam casu pernoscendam clare solutionis interpretamento ¹⁾ ob certam rei excussionem explanare aggredior. Domorum namque visa destructio felicem avie mee Ludmile, sancte ac venerabilis matrone, portendit obitum: que, videlicet matris mee tam genere quam operum eciam inquinacione gentilis, furiali cum aliquot ministris ad scelus eque paratis facta conspiracione non multum hinc processuro tempore clanculum ²⁾ irruentibus peruersorum armis, pro christiani nominis ac fidei professione corporis crudeliter subibit passionem. Porticus autem, ut visio testatur, populis ³⁾ deserta amplitudo, cleri nostro inclusi tutamine miserabilem prefigit e regno expulsionem, tocusque substancie non debitam amissionem. Enim vero execrabilis memorie genitrix mea secte vitali, quam pro toto posse confiteri, colere, cordetenus sequi et amare insto, et posthac aliorum irruocabilis instabo, mordaciter inuidens, eosdem diuersorum clericos ordinum, quia mecum sentire non negant, ope terrena priuatos, regno seuerius eiectum iri molietur. Hac denique sagacis coniectura prediunacionis mens veri conscia minime frustratur, sed ut interpretacionis congrua sonnerant indicia erga iam scripte peremcionem matrone, clerique longo adiacencium ambitu regionum ⁴⁾ in eius subieccionem, immo in ditissimam largitatem se prompte concedentis, ferocem expulsionem ordine incorrupto non longe post cuncta iam constat fuisse impleta.

4. Siquidem, ut prefati sumus, subtrahente se famula Christi Ludmila ab obtatibus perfidorum, in eodem castello, quo confugerat, ab inimicis insequitur. Ductrix enim prefata quosdam proceres suos, filios iniquitatis, Tunnam Gommonemque loquor, valida eum manu ad perdendam soerum suam Tetinum direxit. Prescia vero Christi memorata famula futurorum, ante fatum presbyterum suum Paulum accersens, monuit eum sacra missarum solempnia modulari; confessionemque suam ante conspectum scrutatoris cordium effundens benignissime, conscia iam de percipiendis beneficiis altissimi, armis se ipsam fidei totam muniens, oracioni procumbens deo preces effudit, quo eius spiritum, quem ipse creauerat, in pace dignaretur suscipere. Celebritate dehinc missarum peracta dominici se corporis et sanguinis participacione muniens, psalmodiam indefessa mente

kých zdí zbaveno a ode všech lidí úplně opuštěno. Z toho vidění smutek mne pojímá a vnitřní starost o věrné bohu tíží a leká; však přec jakož v nesmírnou laskavost toho, jenž vše zná, důvěru mám, kterou přemožení všeho věřícím přislíbeno jest, snu tohoto pravdu, která co nejdříve se objeví, k vůli jistému označení věci jasně vyložiti chci. Zboření domu šťastnou báby mé Ludmily, svaté a ctihodné stařeny, smrt znamená; ona totiž matky mé, tak rodem jako nešlechtností skutků pohanky, sběsilým s několika pomahači k zločinu ochotnými spiknutím a za nedlouhý čas zbraněmi nešlechtníků, kteří úkladně na ni vyrazí, pro vyznávání jména a víry křesťanské ukrutného utrpení zakusí. Vysoký pak dům, jak vidění svědčí, od lidu opuštěný značí kněží v něm pod naší ochranou obývajících žalostné vyhnání ze země a nezasloužené pobrání všeho statku jejich. Neboť proklatě paměti matka má nenávidí až k smrti stranu křesťansky žijící, ku které dle možnosti své se přiznává, kterou ctí, upřímně následovati a milovati nepřestávám a později nikdy a nikdy nepřestanu, duchovní osoby rozličných řádů, poněvadž se netají stejným svým smýšlením se mnou, statků zbaviti a ze země vyhnati se vynasnaží. Tímto výkladem prorocký duch jeho pravdy vědomý se nešklamal, nýbrž jakož vhodně znělo označení výkladu co do zavraždění jmenované již stařeny a co do krutého vypuzení okolního kněžstva, které se vládě jeho, či spíše bohaté štědrosti ochotně poddávalo, v tomže pořádku za nedlouho potom, jak obecně jest známo, vyplnilo se všechno.

4. Ačkoli se služebnice Kristova Ludmila, jak jsme nahoře pověděli, nevěřícím z očí uchýlila, na témž hradě, na který se byla utekla, pronásledována jest od nepřátel. Neboť nadzminěná vojvodkyně jisté velmože své, syny nepravosti, myslím Tumana a Kovana, se silným vojskem vyslala na Tetín na záhubu tehyně své. Než předvidajíc věci budoucí zpomenutá služebnice Kristova nahoře jmenovaného kněze svého Pavla zavolala; i požádala jej, aby mši svatou četl. Vyzpovídavši se nábožně před tváří toho, jenž srdce zpytuje, a vědouc, že účastna jest milosti nejvyššího, takto pak se důvěry plna zbrojíc nábožně se modlila k bohu, aby duši její, již byl sám stvořil, v pokoji ráčil přijmouti. Když byla potom mše přečtena, posílila se přijetím těla a krve páně, načez neunavnou duší jala se zpívati žalmy. Když nastal večer, ukrutníci svrchu poznamenaní

¹⁾ Univ. interpretamenta. — ²⁾ Univ. dandum. — ³⁾ Univ. Pauli. — ⁴⁾ Univ. religionum.

concinere studuit. Vespere vero facto, supra notati tyranni domum illius aggressi, valvas dirumpentes, reliquos sociorum forinsecus armatos frameis clypeisque statuunt. Ipsi autem capitanei homicide Tunna Gommoque, paucis secum assumptis, cubiculum, quo dei famula incumbabat, ostium dirumpentes, ingrediuntur bacchantes. Quibus b. Ludmila humili sub uoce: quenam, inquit, repentina uos uesania agitat? Et non erubescitis, neque mente pertractatis, quemadmodum egomet vos ceu filios proprios educaui, auro argentoque vestibus insignibus ditauit? Verum si qua in uobis mea iniquitas inest, intimate queso. At illi furentes, saxis rigidiores, aures ad hec obdurantes, non veriti sunt manus in eam proprias iniicere, lectoque extractam terretenus proiecerunt. Quibus illa: paulisper, inquit, oracioni me incumbere sinite. Quibus hoc concedentibus expansis orauit ad dominum manibus. Post hoc inquit: Mei interitus causa si aduentastis, obsecro, ut mucrone auferatis caput: exemplo martyrum sangwinem fundendo testimonium Christo perhibere gestiens, ac palmam martyrii cum ipsis sine fine percipere optans, quam etiam non dubitamus eam promeruisse, sacra scriptura testante: iustus quacunq; morte preoccupatus fuerit, anima eius in refrigerio erit. Funesti ergo carnifices preces eius uerbaque spernentes fune gutturi eius immisso suffocacione uitam illi abstulerunt presentem uicturam¹⁾ in eum cum eo, quem semper dilexerat, Jesu Christo domino nostro. Suscepit autem martyrium felix deoque deuota famula Christi Ludmila septima sabbathi die et XVII. calendas octobris prima uigilia noctis. Clerus uero eius cunctus uniuersique uernaculi utriusque sexus pastore perempto in diuersa sparsi, diuersis in latibulis latitantes, uitam presentem sibimet studuerunt conseruare. Post hoc recedentibus crudelissimis carnificibus ad funeris eius officium magno cum metu et ululatu conuenientes honestissime cuncta, que ad sepulturam fore cernebantur, peragentes terre glebam eius sanctissimam commendauere. Cruentissimi uero carnifices spoliis direptis dominam ad propriam regressi, gaudium illi permaximum intulerunt innocentis de nece, estimantes se in eternum locupletari, atque in eum uicturos, quibus atrocita et inextinguibilia gehenne ignis supplicia parata mox inerant. Prefata autem perfida domina perfidorum usurpans suppellectilem socrus sue cunctam cum ante fatis tyrannis regnare cepit, ditans eos propinquosque eorum ac familiam opibus eximiis auri argentique, vesteque preciosa inestimabili. Regnauerunt in tota provincia Bohemorum uelut magnifici duces, sed non ex deo.

Quibus opipare uiuentibus atque inestimabiliter gaudentibus letantibusque, ulcio iusta diuine uindictae improuise subsequitur impios, qui tam grande tamque crudele piaculum non horruerunt patrare,

do domu jejího vtrhli, ostatní druhy ostěpy a štíty ozbrojené venku postavili, sami pak náčelníci a vrahové Tuman a Kovan přibravše několik zbrojnošů k sobě a vyrazivše dvěře do ložnice, kde služebnice boží odpočívala, divoce se vedrali. I promluvila k nim svatá Ludmila pokorným hlasem: „jaká to zběsilost vás tak náhle pohání? Nestydíte se a zapomínáte, kterak já vás jako syny své vychovávala, zlatem a stříbrem i krásným oděvem obdarovávala? Než dopustila-li jsem se něčeho proti vám, prosím, povězte mi.“ Ale oni zběsilci, jsouce tvrdší kamene, toho neslyšeli; neostýchajíce se vložití na ni ruce vlastní, z lůžka ji vytáhli a vrhli na zem. I řekla jim: „nechte mne trochu se pomodlití.“ Když jí to povolili, sepnouc ruce modlíla se k pánu. Načež promluvila: „přišli-li jste mne zabít, prosím, abyste stáli hlavu mou.“ I chtěla po příkladu mučnické prolítím krve svědectví vydati o Kristu, i žádala dojeti s nimi palmy mučnické na věky, kterouž také nepochybujeme že zasloužila. Neboť praví písmo svaté: „jakoukoli smrtí sejde spravedlivý, duše jeho dojde okráni.“ Ukrutní ale kati nevšímajíce si proseb a slov jejich provaz na hrdlo jí hodili a zardousili tu, která žítí bude na věky s tím, kterého vždy byla milovala, s Ježíšem Kristem pánem naším. Podstoupila pak mučnické šťastná a bohu oddaná služebnice Kristova Ludmila sedmého dne, v sobotu, a sice 15. září podvečer. Všechno kněžstvo a služebnictvo její obojího pohlaví, když byla zabita pastýřka, rozptýlilo se; různě se skrývajíce hleděli zachrániti život uveřejší. Potom, když byli ukrutní kati odešli, k pohřbení jejímu s velkým strachem a nářkem se sešedše, a nejpočestněji vše, co k pohřbu náleží, připravivše nejsvětější tělo její položili do hrobu. Krví zbrocení pak vrahové vzavše, co se dalo uloupiti, k paní své se navraceli přinášejíce jí přeradostnou zprávu o zavraždění nevinné, i domnívajíce se, že na věky jsou bohatí a že věčně živi budou; a přec těžký a neskonalý trest pekelného ohně je brzy očekával. Nadzminěná nevěrná paní nevěrných pobravši všechn majetek tehyně své s těmito ukrutníky jala se vládnouti darující jim, příbuzným jejich a celé rodině skvosty zlaté a stříbrné a přenádherný šat. I panovali v celé zemi České jako znamenití vojvodové, ale nikoli z boha.

Když tak nádherně žili a převelice se radovali a jásalí, spravedlivý trest pomsty boží nenadále stihl bezbožníky, kteří se nebáli tak velkou a tak krutou vraždu spáchatí a nepočestné ruce své bez

¹⁾ Rps. ve sv. Kříži vydaný Wattenbachem uictura.

quo manus suas inhonestissimas in preclarissimam Christi famulam mouerent absque causa. Namque patre suo principe discordiarum dyabolo exagitante cocuos coetaneosque suos ceperunt contemptui habere omnes. Qua de re exereuit dissensio, odiumque per maximum inter ipsos primarios supra notatos, Tunnan videlicet Gommonemque, dominanque ipsorum, ita ut omnis cogitatus sermoque domine de interitu ipsorum die noctuque versaretur. Quod cernens memoratus tyrannus Tunna, irruente in se pauore horribili, cunctis cum sibimet affinitate iunctis ex eadem provincia fuga labens, omnibus exosus, vagus profugusque huc illucque versatus est, nemoque ex stirpe illius progenitus in propria ulterius reditum habuit. Gommo autem cum fuge latibula germano cum suo quereret, comprehensus atque capitali sentencie addictus cum fratre vitam presentem pariter et futuram amisit. At vero domina eorum cernens eos fugientes, omnem venenosi pectoris furorem in posteros eorum diffundens, vniuersos eorum a maiore usque ad minimum vna die vnaque sententia perdidit. Hoc quoque primum signum s. Ludmily claruit, dum dei disponente prouidencia ex interfectoibus eius nullus superfuit. Alii propriis de habitaculis secedentes in diuersaque fugientes, cunctis exosi effecti, diuina ulcione tacti exalauerunt spiritum vite. Paruuli eorum impiissima morte defuncti, quamplures vero capite gladio plexi sunt. Sic impletus est sermo dominicus, quem in ewangelio infit: omnis, qui acceperit gladium, gladio peribit. Iisdem uero diebus ad tumulum beatissime et sepe memorate venerabilis matrone et martyris Ludmily diuina cooperante clemencia virtutum miracula preclara patuerunt. Nam ex eiusdem monumento tanta flagrantia miri ac suauissimi odoris emanauit, que cunctorum aromatum florumque odoramenta vinceret. Quamplures eciam cereos, lampadesque lumine flagrantes diuino intempe noctis silencio terque quaterque oculorum hauerunt acie. Que cuncta dominam, interfectricem ipsius videlicet, minime latuere. Quibus cognitis timore nimio prostrata, agendum quid sibi foret, ignorabat. Tandem rursus venenosum instaurans consilium apparitores suos Tetinis misit, quo venerabile corpus tumultatum iacebat, in mandatis iubens, quod domum super tumulum b. Ludmily statuerent in modum basilice, aptans ei nomen in honore b. Michaëlis archangeli, quo si deinceps inibi claruisset signum aliquod, non meritis beate martyris, verum sanctorum, quorum pignora inibi detinerentur, deputaretur. Quo facto tantus cunctos ingredientes basilicam horror inuasit, quod haud aliter, nisi veneracione cum maxima inibi auderent ingredi, preclaraque et insignia exhinc in eodem patuere loco virtutum miracula.

5. Hiis ita gestis annuente Christo olym electus dux b. Wenceslaus annos puericie transcendens gratissime flore iuuentutis nitescebat, cuncta, que a pedagogo apicum sibi tradita fuerant, alta memoria

příčiny pozdvihnouti na převelebnou služebnici Kristovu. Neboť vnuknutím otce jejich ďábla, knížete rozbrojů, počali všech současníků svých si nevšímati. Proto povstala roztržka a převeliká nenávisť mezi velmoži svrchu jmenovanými, totiž Tumanem a Kovanem a paní jejich, tak že všechno myšlení a mluvení paní té ku zkáze jejich dnem i nocí směřovalo. Když to zpozoroval ukrutník Tuman, pojal jej veliký strach; i dal se se všemi příbuznými svými z této země na útěk, a ode všech nenáviděnců psanec semo tamo se toulal; nikdo pak z rodu jeho nenavrátil se více domů. Kovan ale, když hledal s bratrem svým spásu útekem, chycen a s bratrem k smrti odsouzen ztratil život vezdejší i budoucí. Než paní jejich vidouc je utíkati všecken vztek jedovaté duše své na potomky jejich vylila a všechny od nejstaršího do nejmladšího jedním dnem a výrokem utratila. A tak první znamení svatosti Ludmily se ukázalo, že řízením prozřetelnosti boží z vrahů jejich žádný nezůstal živ. Druzí z domova různě uprehnuvše ode všech nenáviděnců a trestem božím stížení život svůj vydechli; synové pak jejich ohavnou smrtí sešli a větším dílem mečem postínání. Tak naplněno jest slovo páně v ewangeliu: „každý, kdo mečem zachází, mečem zhyne.“ V těchto pak dnech u hrobu blahoslavené a ctihodné paní a mučnice Ludmily působením milosti boží skvělé zázraky se udály. Neboť z hrobky její tak veliký zápach zvláštní a příjemné vůně vycházel, že všech drahých mastí a květů vůně převyšoval. Přemnozí také voskové svíce a svítilny božským světlem plápolati za ticha bouřlivé noci vlastníma očima tam viděli. To všechno nezůstalo nikterak tajno vládařky, jež ji byla dala zavraždit. Dověděvši se to velice se ulekla, i nevěděla co počíti. Konečně opět jedovatý úmysl převládl; i vyslala sluhy své na Tetín, kde ctihodné tělo leželo pohřbeno, poručivši jim, aby vystavěli budovu nad hrobem sv. Ludmily ve způsob chrámu, udávši i jméno, totiž k počtě sv. Michaëla archanděla; kdyby totiž potom nějaké znamení tam se událo, aby připsováno nebylo zásluhám svaté mučnice, nýbrž svatých, jichž ostatky by se tam nacházely. Když se to bylo stalo, tak velká hrůza všechny do chrámu vstupující pojímala, že jen s největší uctivostí a pokorou do něho vstupovati si troufali; i děly se tam potom vzácné a znamenité zázraky.

5. Co se toto dalo, řízením Kristovým druhdy vyvolený vojvoda sv. Václav překročiv leta chlapectví překrásným květem jinošství se zastkvěl, a chovaje vše, čemu byl od učitele se naučil, hluboko

reoluens, animo estuanti opere implere cupiebat, quod aure perceperat. Quapropter genitrix ipsius perfida cum quibusdam sibi assentientibus filiis Belial, invidentes actibus illius, studiisque sanctissimis, inuito inuicem consilio dixerunt: heu quid agimus, quove nosmet vertemus? Princeps siquidem noster, qui a nobis in regni fastigio sublimatus est, peruersus a clericis et ceu monachus factus, per abruptam et adswetam vitiorum nostrorum semitam nos gradi non sinit. Et si hoc nunc in puericia vel adolescencia gerit, quid putas facturum est in inuentute vel senectute? Ab illo ergo die nimis importuni esse ei ceperunt, nimis increpantes, aliaque perplura importuni ingerentes scelera. Que cuncta vir deo carus armis fidei repellens, et clipeo se paciencie muniens, animo illeso perfererat. Siquidem et clericos eius et quosdam religiosos, quorum doctrina ipse pascabatur, insidiis assiduis impii appetentes trucidare moliti sunt, minisque maximis terruerant, quia nemo illorum ad eum accessum quiret habere. Ipse vero cunctorum horum sciens cum sibi fidelibus viris occulte posterulas agens, ruente sole in occasum clancule clerico quolibet accersito cuncta, que sibi proficua erant, nocte addiscens, crepusculo illucescente didascalum seu sibi carum clericum latenter abire sinebat, codicellulumque suum occultans subque tegmine gestans ubicunque locum quietis reperiebat, eum cum diligencia lectitabat et cum gemitu interno de duricia cordis populi sui et cecitate uel incredulitate dolebat nimium. Tandem confortatus a deo et virtute se precingens, matre sua vniuersisque primariis accitis, ut deceit increpauit, quemadmodum liber sapiencie testatur: verba sapiencium quasi stimuli et uelut clauis in altum defixi. Sed b. Wenceslaus: cur, inquit, filii sceleratorum et semen mendax virique iniqui, prohibuistis me discere legem domini nostri Jesu Christi et obtemperare mandatis illius? Quodsi nos tedet Christo seruire, cur saltem ceteros impeditis? Ego uero si hactenus uestra sub prouidencia uel potestate degui, ammodo tamen illud respuo, deo cunctipotenti sincero ex animo deseruire cupio. Orta est postmodum pro eiusdem rei causa variisque rebus aliis dissidio pergrandis viros inter ipsos primarios, qui lateri ducis religiosi inherebant, et inter reliquos, qui partes nequissimas domine impie iuuabant: diuisique sunt consiliarii inuicem et primates terre, discordiarumque inter eos spine pullauerunt ad sanguinis usque effusionem. Verum pars iustorum licet minima foret, preualuit tamen aduersus partem multimodam, ut semper, iniquorum. Nam sepe memoratus dux Wenceslaus sollicitus de nanciscenda pace spiritu sibi sancto inspirante corde consilium captauit, quo genitricem suam, que causa tocius nequicie fuerat, proturbaret e patria: quatenus ea propulsa cunctisque consentaneis eius uiris impiis inuicem furor discordiarum sopiretur, paxque ecclesie Christi accresceret, unum eundemque dominum cuncti

v paměti, vřelým srdcem hleděl skutkem vyplnit, čeho sluchem byl nabyt. Pročez nevěřící matka jeho a jistí přívrženci její, synové Belialovi, majíce v nenávisti činy a nejsvětější snahy jeho vešli mezi sebou v radu a řekli: „aj co máme činiti neb kam se vrhnouti? Knížet náš, ježž k vládě jsme povýšili, zkažen od kněží téměř mnichem se stal a nedá nám kráčetí po kluzké a obvyklé cestě nešlechtností našich. A čini-li to nyní za věku chlapeckého neb jinošského, jakže bude teprv jednatí, až dospěje na muže neb starce?“ Od onoho pak času počali mu klásti překážky kárajíce jej velmi a přemnohá jiná příkoří mu činíce. To všechno bohu milý muž zbraněmi víry odmítal, a ozbrojen štítem trpělivosti neoblomným duchem snašel. Neboť i kněžím jeho a jistým nábožným mužům, jichž učení on požíval, neustálé úklady bezbožníci títo a vraždu strojili a hrozili tak, že žádný z nich k němu dostati se nemohl. On ale věda o tom všem s muži důvěrnými skrze dvířka zadní kradmo obcoval; když slunce zapadalo, tajně některého kněze k sobě volával, a učiv se v noci všemu, co mu bylo prospěšno, když se rozednívalo, učitele neb sobě milého kněze tajně odcházeti nechával, knížku pak svou pod šatem skrytou nose, kdekoli nalezal pokoje, pilně čítal a lkaje v duši své zatvrzelosti srdce, zaslepenosti a nevěry lidu svého želel velmi. Nabyv konečně zmužilosti od boha a udatnosti se opásav matku svou a všechny velmože svolal a, jak se slušelo, pokáral, jak svědčí kniha moudrosti řkouc: „slova moudrých jsou jako ostny a jako hřeby do výše zaražené.“ Promluvil k nim sv. Václav: „synové nepravosti, símě lži, mužové nešlechtní, proč jste mi bránili učiti se zákonu pána našeho Ježíše Krista a poslouchati příkázání jeho? Ošklivo-li vám sloužiti Kristu, proč aspoň nenecháte jiných? Já pak byl-li jsem posud pod dohlídkou a v moci vaší, od dneška ji odmítám a bohu všemohoucímu s čistou duší sloužiti chci.“ I stala se potom proto a pro jiné věci převeliká roztržka mezi velmoži, kteří k straně nábožného vojvody Inuli, a ostatními, kteří k nešlechtné straně bezbožné paní náleželi; oddělili se rádcové a velmoži země od sebe a trní rozbrojů zbujnělo až ku prolévání krve. Než strana spravedlivých, ačkoli slabá byla, přemohla přec, jako vždy, četnou stranu nešlechtných. Neboť vojvoda Václav, staraje se o nabytí pokoje, vnuknutím ducha svatého ustanovil vypuditi matku svou, která byla příčinou vši nešlechtnosti, z vlasti; aby po vyhnání jí a všech jejích bezbožných přívrženců sběsilost rozbrojů byla utlumena, pokoj církve Kristovy se vzmožil a všichni jednoho a téhož pána majíce pravému učení Kristovu dokonale se přiučili; aby pak potom, až by vše bylo uspořádáno, co k míru země náleží, až by vypuzením a vyhnáním odboje pokoj byl zjednan, matku se etí domů nazpět po-

possidentes veram Christi doctrinam perfectissime ad-discerent; dispositisque cunctis, que ad pacem regni pertinere cernebantur, proturbatis et expulsis filiis discordie composita quiete matrem rursus cum honore ad propria reuocaret. Que cuncta iuuante se opifice deo opere compleuit. Nam matrem regno cum dedecore maximo pepulit, dignam ei ulcionem omnipotente deo reddente ob effusionem sanguinis innocentis b. Ludmile, quem sine causa fuderat. Sed quoniam timore casto, qui permanet in seculum seculi, plenus erat, memor preceptorum diuinorum, quibus patrem honorare debemus et matrem, eam rursus tempore elapso reduxit: verum honore dominacionis pristine caruit usque ad obitus sui diem. Sed hec cuncta qualiter gesta sint, ob sui enormitatem pretereuntes cepta prosequamur. Postea multa aduersa et incommoda pertulit, eciam filii sui necem ab gnato suo iuniore.

Recordatus deinde anime sue b. Wenceslaus, quante sanctitatis in presenti fuisset, quanteque claritatis meritum apud omnipotentem obtineret, lacrimarum imbri perfusus ¹⁾ totus, inuito consilio sacratissimo cum sacerdotibus et religiosis quibusdam, misit eos in prefatum castellum Tetin, mandans eis, quo uel ossa seu puluerem consumpte carnis digna translacione ad se vsque perducerent. Ipse vero spiritu sancto sibi reuelante paucis familiaritate iunctis sibimet innotescens certus erat, diuina cooperante elemencia aliquid inibi legatos memoratos signorum haurire. Implentes autem iussa domini sui, legati qui fuerant, basilicam ingressi ac monumentum humo reuoluta detegentes, tabulam sepulchri, qua venerabilis gleba tegebatur, partim putredine consumptam reperientes, subleuare formidauerunt. Si lignum, factentes, putridum est, quanto magis ea, que intus latent? Rursumque sarcophagum claudi voluerunt diligencia cum summa. Quorum consiliis vnus ex eis, presbyter Paulus, obsistens, cuius et superius mencionem fecimus, qui illi, dum in terris deguit, in amiciciis iunctus semperque in omni seruicio obsecundatus est, inquit: nequaquam, ut dicitis, fiet; sed iuxta principis iussa, si uel puluerem consumpte carnis inuenero, tollam. Cui ceteri assensum prebentes unanimiter tabulam subleuauerunt: quam dum sustollunt, frangitur, ita ut memoratus Paulus cum humo super corpus iacentis caderet. Qui concite surgens humumque velocius amouens cum sibi iunctis sodalibus, inuenerunt corpus sacrum ab omni corruptione seiunctum, preterquam quod supra memini, videlicet vultum eius puluerulentum: quod ei de fractura cooperculi, dum amoueretur, insederat. Ingenti dehinc gaudio succensi grates immensas cunctipotenti exhibentes, glebam eius sanctissimam de terra sustollentes linteaminibus preciosis, ut decebat, inuoluentes, altari presentauerunt, laudes gratesque

volal. Toto všechno pomocí boží skutečně vykonal. Neboť matku s největší hanbou ze země vyhnal; i potkal ji zasloužený trest od boha všemohoucího za to, že krev prolila nevinné svaté Ludmily beze vší příčiny. Než poněvadž byl pln čisté bázně, jež potrvá na věky, pamětliv příkázání božích, vedle nichž ctíti máme otce a matku, po nějakém čase ji uvedl nazpět; ale důstojenství panování dřívějšího zbavena byla až do své smrti. Než kterak se to všecko událo, poněvadž by nás vedlo daleko, vypravovati pomíjejíce jděme za svým cílem. Potom ještě mnoho protivenství a nesnázi zkusila, také zavraždění syna svého skrze syna mladšího.

Rozpomenuv se potom na hábu svou sv. Václav, jak svatě živa byla na světě a jak stkvělou odměnu obdržela od všemohoucího, prolévaje hojně slzy s kněžími a některými nábožnými lidmi se uradil, i poslal je na hrad Tetín příkázav jim, aby aspoň kosti neb prach setlelého těla důstojně k němu přenesli. Sám pak zjevením ducha svatého nabyt jistoty a několika důvěrníkům svým sdělil, že působením milosti boží zmínění poslové nějaké znamení tam shledají. Vykánávajíce tedy příkaz pána svého poslové vešli do chrámu a odhrnuvše zem hrob našli, ale shledávajíce víko hrobky, v níž etíhodné tělo leželo, z části shnilé pozdvihnouti je se ostýchali. Jest-li dřevo, tak mluvili, shnilé, čím více to, co je vnitř? I chtěli hrob opět uzavřiti s největší bedlivostí. Úmyslám jejich ale protivil se jeden z nich, kněz Pavel, o němž jsme se nahoře zmínili, kterak k ní, pokud žila na světě, vždy hlul přátelstvím od ní úslužně opěťovaným; i řekl: „nikterak nestane se, jak pravíte; nýbrž po rozkazu knížete, najduli aspoň prachu setlelého těla, vyzdvihnú jej.“ Jemu posvědčili ostatní a po jednohlasném usnešení zdvihli víko. To však při tom se rozlomilo, tak že zpomenutý Pavel se zemí přes tělo mrtvé upadl. I vstal rychle a zem odhrnul se soudruhy svými, načež shledali svaté tělo všeho porušení prosto, jen totiž, jak svrchu jsme připomenuli, obličej její pln prachu, který na něm zlomením víka při zdvihání se byl usadil. Náramnou radostí z toho opojení neskonalé díky všemohoucímu vzdávali, svaté tělo její ze země vyzdvihli, do skvostného šatu, jak se slušelo, zavinuli i položili před oltář chválu a díky neskonalé milosti boží vzdávajíce. Vykánávše všechno slavně podle řádu vložili je na máry, a upevnivše tyto dvěma koním na záda tétěž noci do hlavního města, totiž do Prahy, bez meškání spěchali. Nalezeno

¹⁾ V univ. infusus.

immensas diuine clemencie referentes, riteque cunctis solemniter peractis feretro eam locantes, duorum equorum terga onerant, sicque eadem nocte metropolim, usque ad urbem Pragam scilicet, constanter properant. Repertum est autem corpus felicis et deo deuote famule Ludmile XIV. kalendas nouembris, hora XII. feria IV;¹⁾ intulerunt autem eam Pragam die terciā feria VI. XII. kalendas eiusdem mensis leticia cum ingenti, gratulantibus cunctis Christumque laudantibus. Vehitores siquidem ipsius, urbi priusquam eam inferrent, ad principem baiulos boni nuntii premiserunt. Qui venientes, sopori eum membra collocasse cognouerunt, eumque suscitauere leti, taleque ei gaudium intulerunt, quod omnipotente deo fauente corpus tante talisque matrone, auie videlicet sue, incorruptum reperissent. Qui continuo surgens ecclesiamque cum summa alacritate properans Christo domino grates immensas persoluit. Sole terram irradiante, iubareque tenebras propellente, accito clero turbaque fidelium processione cum ingenti obuius ire properat. Occurrunt autem et illi²⁾ fideles geruli vehentes sepe memoratam glebam s. Ludmile: quam statim sacerdotes et leuite alacriter suis imponentes humeris benedicentes deum cum psalmis ac laudibus intulerunt urbi, ecclesiamque ingressi, coram altari in pavimento³⁾ statuere, strepitumque sonitu ingentem personuere.⁴⁾ Quod popularis tam fidelium quam infidelium curiositas perscrutans, quod factum erat: in unum congregati, petunt ecclesie ianuas. Consilio dehinc princeps inito cum sacerdotibus plebe coram cuncta corpore eius detexerunt, ut omnes fidem adhiberent, incorruptam eam a Christo domino fuisse seruatum. Cunctique intuentes, magnalia Christi vocibus indefessis personuere⁵⁾, nemoque obsistere veritati quibat: quoniam cunctis patebat integritas corporis ac capillorum firmitas, vultusque nitescibat ueluti in hac constituta vita.⁶⁾ Vestimentorum insuper pulchritudo integritasque talis splendebat, acsi eodem texta forent die. Quod uniuersi perspicientes preciorum vocibus persultantes omni eam honore ac laude dignissimam iudicauerunt. Humo dehinc effossa compositaque fossa in eadem basilica tumulare eandem conati sunt. Sed ex eadem fossa repente aqua inundauit. Quod plurimi intuentes mente captauerunt, eundem sepulchri locum minime famule Christi placere: replentes rursus fossam, sarcophagum cum ipso pignore sacro statuere super eandem prestolantes⁷⁾ diuinum auxilium: sicque ad propria feliciter properauerunt. Spacio dehinc temporis elapso modico supradictus princeps Ratisbonam missis legatis pontificem eiusdem ciuitatis, quia erant Boemie viri ipsius temporis parochiani sui, consuluit, nomine Tutonem, quidnam sibi agendum foret de supra notato corpore. Qui diuine legis scripta perlustrans secun-

bylo tělo blahoslavené a bohu oddané služebnice Ludmily 19 října o 12 hodině ve středu, přinesli pak je do Prahy třetího dne, v pátek 21 října; i radovali se velice všichni, vzdávali díky a chválili Krista. Ti totiž, kteří je přenášeli, prvé než do města vešli, sluhý předeslali ku knížeti s dobrou zprávou. Tito přisedše našli jej ve spaní; i vzbudili jej rádi a velkou radost mu způsobili zvěstující, že milostí všemohoucího boha tělo tak vznešené paní, báby jeho, neporušeno shledali. Ihned vstal, do kostela s největší radostí pospíšil a Kristu pánu neskonale díky vzdával. Když slunce zasvitlo na zemi a paprsky svými tmou zahnal, svolal kněžstvo a zástup věřících a u velikém průvodu pospíchal vstříc. I potkaly ony věrné nosiče s tělem sv. Ludmily, kteréž ihned kněží a žáci vesele na ramena vzavše, dobrořečíc bohu a zpívající žalmy a chvalozpěvy nesli do města. Všedše do chrámu položili je před oltářem na podlahu a učinili velký pokřik. Když pak zvědavost obecná jak věřících tak nevěřících o tom hloubala, kolik jich bylo pohromadě, shlukli se a ku dveřím chrámu pospíchali. Poradiv se potom kníže s kněžími tělo její přede vším lidem dal odkrýti, aby se přesvědčili všichni, že neporušena jest zachována od Krista pána. Všichni pak divíce se neunavně hlásali slávu Kristovu a nikdo nemohl protiviti se pravdě, poněvadž všem byla patrna neporušenost těla, pevnost vlasů; obličej pak její stkvěl se, jakoby byla živá. Neporušená krása šatů jejích tak se leskla, jako by byly téhož dne utkány. Všichni patříce na to hlasitě provolávali, že vši cti a chvály jest převelice hodna. Vykopavše tedy zem a upravivše hrob v tomže chrámu chtěli ji pohřbiti. Ale náhle vyhrkla voda z téhož hrobu. Tomu přemnozí se divili a poznali, že toto místo pohřební nikterak se nelíbí služebnici Kristově; i zahrabali opět jámu a postavili nad ní rakev se svatými ostatky čekající na pomoc boží; a tak šťastně pospíchali k domovu. Po nějakém čase nadřočený kníže do Řezna vyslal posly otázat se biskupa téhož města jmenem Tutona (poněvadž náležely tenkrát Čechy do jeho okrsku), co by měl činiti s jmenovaným tělem. Tento probíraje písmo zákona božího podle moudrosti od boha sobě dané tento rozkaz dal za odpověď, aby totiž tělo, jež původ svůj vzalo od prvního člověka, kterému bylo řečeno: zem jsi a do země vejdeš, „prach jsi a v prach se obrátíš“ (Gen. 3, 19), odevzdali hrobu, až by užřelo slávu Kristovu. Velikou horlivostí boží nadšený kníže biskupa svrchu jmenovaného pokorně prosil, aby k němu ráčil přijíti, tělo sám pochovati a chrám, který posud od biskupa posvěcen nebyl, posvětit. Ten ale předstíraje, pro slabost stáří svého že nemůže přijíti, spolubiskupa

¹⁾ Univ. ruk. X, B, 7 má II. — ²⁾ Kap. a univ. illi et. — ³⁾ Univ. coram pavimento. — ⁴⁾ Univ. personauere. — ⁵⁾ Univ. personauere. — ⁶⁾ Univ. in hac constituta vita. — ⁷⁾ Univ. X, B, 7 má postulantes.

dum datam sibi a deo sapienciam in responsis hec dicta mandavit, scilicet ut corpus inicium ab ipso exordio protoplasti sumens, cui dictum est: terra es et in terram ibis; pulvis es et in pulverem reverteris: sepulture traderent, gloriam Christi donec cerneret. Ingentique zelo divino accensus princeps prefatum antistitem humili prece exoravit, quatenus usque ad se dignaretur venire, ac corpus ipse sepulture daret, basilicamque, que adhuc benedictione pontificali carebat, dedicaret. Qui simulata infirmitate senectutis ire non valens, coepiscopum suum cum aliquantulis clericorum choris ablegavit, qui ecclesiam eandem dedicaret. Adueniensque imprimis templum domino consecravit. Posthinc sex elapsis dierum circulis supra fatum corpusculum tumulavit eodem in loco, quo aqua invndauerat. Mira atque ad ¹⁾ Christi famule declarandum meritum sufficiens res, videlicet quod sacerdotibus non in consecrato eam cupientibus tumulare loco, aqua exorta est, adveniente vero coepiscopo sacraque basilica funditus non apparuit. ²⁾ Congruè satis, ut que felicis conuersationis sue vita fruebatur feliciter, ut cum benedictione maiori sepeliretur: que cum sanctis ad Christi erat locanda dextram. Rite his itaque peractis coepiscopus remuneratus, ut dignum fuerat, a principe propria repetiuit. Anniuersario autem eius uolente die post translationem ipsius glebe sacre ad gloriam nominis sui et ad declarandum meritum famule sue, Christus Dominus insigne dignatus est operari prodigium. Nam ut moris est christiane religioni, congregato clero memoriam talium agere, cum post oraciones ad ³⁾ refeccionem corporum una pariter residerent, quidam paruulus infirmitate corporis grauatus curuatusque sursum omnino non preualens aspicere, eum ante ostium basilice, corpus ubi tante requiescit matrone, virtutem Christi, meritumque ipsius sancte imploraret, statim erectus est, sanitati per omnia restitutus. ⁴⁾ Quod intuentes plurimi omnipotenti Christo laudes canebant, suam quod per famulam dignatus sit magnalia declarare sua: cui est gloria in secula seculorum, amen.

6. Igitur composito confirmatoque suo regno opifice se iuuante Christo beatus dux Wenceslaus qualem se Christo exhibuerit, qualeque vas electionis semet prebuerit, mens, lingua, sermo, paginaque dicere deficit; simulque mole grauatus pecaminum pandere nequeo, miles Christi quanta domino militans detrimenta zabulo intulerit, quantosue manipulos Christi in horreo ipsius fidelis seruus aggregarit; verum ut de multis pauca eloquar, a puericia sua minime discedens a disciplina domini verax fuit in sermone, iustus in iudicio, fidelis in commisso, modum humane excedens pietatis. Cum enim quilibet reorum presenciamque ipsius aduentus a iudicibus capitali ad-

svého s několika málo sbory kněží vyslal, aby chrám onen posvětil. Tento přišel a nejprve posvětil chrám páně. Potom po šesti dnech tělo ono pohřbil na tomže místě, kde byla voda vyhrkla. Divná a k důkazu zásluhy služebnice Kristovy dostatečná věc! že totiž když chtěli kněží na neposvěceném místě ji pochovati, vyhrkla voda ze země, když ale přišel spolubiskup a zasvětil chrám, docela žádná se neukázala. Slušno dost, aby ta, která šťastně život trávila ve šťastném obcování, s větší slávou pochována byla, ana postavena býti měla se svatými na pravici Kristově. Když byl spolubiskup podle řádu toto vykonal, důstojně obdarován od knížete vrátil se domů. Po roce však téhož dne, kdy byly svaté ony ostatky přenešeny, na slávu jmena svého a důkaz zásluhy služebnice své Kristus pán znamenitý zázrak způsobiti ráčil. Neboť jakož křesťanský jest obyčej shromáždití kněžstvo a památku takových slaviti, když po modlitbách společně zasedli, aby pokřáli, jakýs človíček, stížený chorobou tělesnou a zkřivený, tak že nemohl nikterak pohlednouti vzhůru, když přede dveřmi chrámu, v němž tělo tak veliké paní odpočívá, moc Kristovu a zásluhu této svaté byl vzýval, ihned povstal přímo a dřívější síly nabyt. Přemnozí pak divíce se tomu, všemohoucímu Kristu slávu prozpěvovali, že skrze služebnici svou ráčil ukázati moc svou, jemuž jest sláva na věky. Amen.

6. Když byl spořádal a upevnil vládu svou s pomocí Kristovou svatý vojvoda Václav, jakou nádobou od Krista vyvolenou se stal, duch a jazyk můj a kniha tato vyprávěti nestačuje; zároveň pak hříchy tížen nedovedu líčiti, jak veliké škody vojín Kristův ve službě páně ďáblu způsobil, kolik zastupů slouže věrně Kristu v ovčinci jeho shromáždil. Abych ale z mnoha pověděl málo, neuchyluje se od mladosti nikterak od učení páně pravdomluvný byl v řeči, spravedlivý v soudu, svěřeno-li mu bylo něco, věrný a nad míru povinnosti lidské hodný. Neboť kdykoli nějaký obžalovaný ve shromáždění soudců u přítomnosti jeho k smrti odsouzen býti měl od

¹⁾ Univ. scházi. — ²⁾ Univ. coepiscopo sacraque basilica funditus consecrata haud.... — ³⁾ Univ. X, B, 7 má se. — ⁴⁾ Univ. imploraret, erectus est virtutique proprio restitutus.

dictus sententia fuisset, occasione suscepta qualibet semet subtrahens occultabat, ubi ualebat, minarum Christi memorans in ewangelio, qui minatur: nolite iudicare, ne iudicemini, nec condempnate, ut non condempnemini. Carceres, patibula antiquitus constructa, que usque ad hec tempora inerant, destruens, orphanorum, viduarum, pauperum, gemencium, sauciorumque indefessus existens consolator, esurientes sacians, sicientes refocillans, nudos tegens, infirmos visitans, mortuos sepeliens, hospites et peregrinos proximos ut proprios excipiens, presbiteros, clericos, atque monachos ut dominum honorans, errantibus viam veritatis aperiens, humilitatem, pacienciam, mansuetudinem, caritatem, que supereminet cunctis, obseruans, per viam fraudemque nulli aliquid subtrahens, exercitum non solum armis optimis, verum et indumento corpus adornabat.

